

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum**

**[S.l., Mainz], 1523**

Qvem in modvm honesti viri et mvlieres ex falso rumore saepenumero  
grauentur

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

nim tametsi reformationes huiuscemodi, ut plurimū, sta-  
tuant coram officialibus, eorūq; ecclesiasticis consistorijs,  
manifesta ac notoria tātum, minimeq; occulta delicta, de-  
bere agitari atq; ventilari, considerariq; imprimis salus ani-  
marum, & honor iesu Christo debitus, potius quā pecuni-  
arum lucrum. Attamen eius rei oppositum, atque ex pro-  
fesso contrarium, negotium ipsum, innumerāq; aliā con-  
iecturā ac circūstantiē plusliquido manifestum reddunt:  
id quod partim ex supra enumeratis, partim ex recensē-  
dis sequentibus articulis, utcūq; succinctis, cuiq; aestimare  
facile est.

Q VEM ADMODVM PLVS PECVNIAE,  
quā poenitentiae peccatoribus imponant.

**P**atrum canonibus sancitum est, spiritualibus ac ma-  
nifestis peccatis, spiritualem poenitentiam seu satisfac-  
tionem imponendam esse, ut sic non pecuniae lucrū, sed  
potius animarū salus quaeri intelligatur, Id quod supra eti-  
am memoratū est, At ecclesiastici iudices & officiales per-  
peram animaduersis canonibus, dictā spiritualem poenitē-  
tiam in tantū exasperant, aggravant & augent, ut laici, pri-  
usq; eam satisfactionē acceptare uelint, pecunia magis sibi  
ab ipsis immunitatē comparent: qua re laici multū pra-  
muntur ecclesiastici contra, multū ditantur, utputa, qui in  
suum priuatum cōmodū & partis agūt munus, & iudicis,  
quod tamen omnibus iuribus dissonum est,

Q VEM IN MODVM HONESTI VIRI ET MV-  
lieres ex falso rumore saepenumero grauentur.

**A**ccidit etiam nōnunq; quod uiri & mulieres coram  
officiali, seu ecclesiastico tribunali, ut delictorum ac  
scelerum fontes, sinistro rumore deferuntur, ac non  
prius per sententiam innocētes declarantur, q̄ ubi se iure-  
iurando purgauerint: qua purgatione facta, in pristinum  
aestimationis statum restituantur. Et quāuis tam sinistre de-

C ij nunctia



nūctiatis incommoda, damna, impēnsæ, eam ob rem per-  
pessæ, merito refundi deberent nihilominus tamen inno-  
centes ipsi in dictæ restitutionis fidem officiali, ecclesiasti-  
cove iudici, duos aureos, cum aurei quarta parte, pro abso-  
lutorijs literis. nequaquā necessarijs, numerare coguntur. Et  
hoc est, cur officiales, ecclesiasticiq; iudices, tam iniquas &  
illicitas, rumoris falsi, atque delationis causas, ita adfectē-  
tur, ad se euocent, solisq; sibi uendicent. Id tamē ipsum nō  
sine magna singulari, ac graui iactura mortalium cōmits-  
tunt. Nam sæpius euenit, quod altercātes mulieres, ira, in-  
uidia, seu alio quopiam adfectu cōmotæ, inuicem se males-  
dictis impetant, conuicijs proscindant, in tantūq; demen-  
tentur, quod altera alteram uel adulteriū, uel magicæ artis  
ream insimulet. Quod ubi coram officiali deducitur, tum  
illa, quæ per iracundiā alteram probris ac contumelijs ad-  
fecerat, iurisiurandi sacramento sese excusare, ac purgare  
cogitur scilicet, quicquid iniuriarū in alteram profuderit.  
Id omne non ex certo animi proposito, sed ira, inuidiaq;  
profectū esse: pariq; modo altera, quæ adulteriū, necromā-  
ciæue insimulata est, suam innocētiam: quodq; p̄dictorū  
nequaquam sibi cōscia sit facinorū, iuramēto detegere ius-  
betur. Interim uero quilibet apud se facile conijcere potest  
in talibus causis, mulieribus, siue memoratorū scelerū uas-  
tæ sint, siue iisdem criminibus obnoxia, iurādum tamen  
esse, dūmodo famā, honorē, ac uitalem spiritū retinere ue-  
lint. Qua ex re non solū illicitum pecuniarū lucrum quari-  
tur, sed & deliberatæ peierationes, extorquētur, secularesq;  
iurisdictiones, & iudices in eorum mulctandi officio impe-  
diuntur. Et sic contra rationē, impunita remanere delicta  
necessarium est.

Q VOMODO ECCLESIASTICI IUDICES IL-  
licitū ex iactatis matrimoniorū causis petant interesse.

D Einceps, quum inter uirum atque foeminam, de pan-  
gēdis matrimonialibus sacris illis fœderibus, nego-  
cium